Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-538086-p0001-9

~~G.1.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VI-2 VITEBERG.
SIGNAT. ↀↀCCCXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-538086-p0002-4

In beatum obitum

*Matronæ Nobilisſimæ ac Pientisſimæ*

# DN. ANNÆ MARIÆ natu SCHNEIDERIÆ,

VIRI

*Nobilisſimi, Amplisſimi ac Conſultisſimi,*

**DN. BENEDICTI STRAUSSII,**

Duorum Potentisſimorum Electorum SAXONIÆ &c. in Satrapiæ Wittebergenſi Præfecti Superioris longè ac optimè meriti p. m. relictæ Viduæ,

*d. 20. Martii placidè defunctæ,*

& Feſto Nominali, Annunc. S. Mariæ Virgin. Deip. d. 25. *dict. Menſ.* Anno cIↄ Iↄc XXCVI. honorificè tumulatæ,

à

Fautoribus & Amicis

miſſa

## CHARMATA LUGUBRIA.

WITTEBERGÆ,
Literis SCHULTZIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-538086-p0003-0

STRAUSSENAM quisquis pallentem conſpicit, inquit:
Virtutem ne ipſam lædere fata valent?
Hujus enim Pietas, candor, mens ſedula ſacris,
Infucata fides, conſtat ubique ſatis.
Plangimus hinc meritò: Virtuti namque ſolemus
Præmia nos lacrymas, gaudia Jova dare.

**Johannes Thile, D.**
h. t. Acad. Rector.

Mors *bona*, Mors *melior*, Mors *Optima* fertur *Amicis*
*JEſu*, queîs ſemper *Mors* pia *Vita* manet.
*Mors bona*, quæ *vitam* præſenti corde fideli
*Finit*, & in *JEſu* temnit *amæna ſoli*.
*Mors melior*, vitæ veræ quæ membra *quieti*
Tradit, ut hæc nullus tangat in *orbe furor*.
*Optima* ſed *Mors* eſt, quæ *Cæli climata* pandit,
Ac *animam* ſanctam mox *ſuper aſtra* vehit.
*Morte* cadit tali CLARISSIMA STRAUSSIA CONJUX,
Quæ *vitæ viduæ tædia* cuncta ſinit.
Mors *bona*, Mors *melior*, Mors *Optima*, nunc ſit *Eidem*,
Cum detur in *Jeſu* ſponte *beata quies*.
*Terra levis* ſit *Ei*, per ſecula cuncta *triumphet*
In *cælis*! DOMINO ſic juvat arte mori!

Beatis Manibus
NOBILISSIMÆ MATRONÆ
ſ.

**Johannes Deutſchmann / D.**

STruthio dura quidem volucris, nec ad aſtra volando
Tendit, ſed ſimili nomine dicta cadit.
Et cadit & cælum petit & ſuper aſtra recepta,
Ætheris exultans gaudia plena capit.

**Jo. Frid. Mayer, D. Prof. P.**

TU quoque materiam nobis das, STRAUSSIA, luctûs
Dum mortis telô ſaucia facta cadis.
Sic eſt! Arboreos fœtus qui carpere gaudent,
Arboris his gemitus viſa ruina ciet.
Noſque tuum caſum graviter queritemur oportet,
Cùm dederis patriæ Pignora tanta tuæ.
Tu verò æternùm Paradiſo inſerta vigebis,
In terris ex Te Germina nata virent.

**G. Michael Heber, D.**

D*Iſſolvi cupio.* Moribundo corpore *Natam*
Solve tuam, triſti carcere ſolve DEUS.
*Diſſolvi cupio*, & cæleſti Pace fruiſci,
Quæ me, *Chriſte*, tuâ morte parata manet.
Hiſce piis precibus, nulli pietate ſecunda,
STRAUSSIA turbavit Limina ſancta DEI.

Exaudit pia *Cæleſtis*, ſuſpiria demum,
Et *Natam* transfert in ſua Regna *Pater*.

poſ.
**Joh. Henricus Berger, D.**

TEmpore, quo patitur Jeſus, animamque fidelem
Patri commendat filius ipſe ſuo,
STRAUSSIA cum Jeſu moriens, animamque redemptam
Rite Redemptori dans, meliora videt.
Cum Jeſu felix *Paradiſi* gaudia cernit,
Ver *in quô* æternum perpetuumque nitet.
Jeſus ſurrexit. quondamque reſurgere læta
Corpore felici noſtra Beata poteſt.
O nos felices, Chriſto ſi commoriamur,
Sic Jeſus olim gaudia larga dabit.

**Michael Sennertus, D.**

*CUm premerent Romæ Tharſenſem vincla Tyranni,*
*Pectora tunc voto hoc incaluere pio:*
*CHRISTE veni! ah cupio vincto de corpore ſolvi,*
*Atque Tibi, JESU, junctior eſſe meo.*
*STRAUSSIA ſic preſſa triſti diſſolviet optat*
*Languore, & JESU junctior eſſe Tuo.*
*Protinus exaudit JESUS pia vota precantis,*
*Et finem morbi triſtitiæque facit.*
*Mortem nam comitata ſalus æterna. Beatus,*
Vitæ qui ſimili funere claudit iter.

Hæc ſuam teſtaturus condolentiam
ſcr.
**Caſpar Lyſer, D.**

*NOn mortua es, MATRONA Sancta: Vivis in*
*Tot Filiis & Filiabus inclyta,*
*Cum Conjuge piè mortuo, cunctis malis*
*Soluti & æternis coruſci gaudiis!*
*Sic vivit, haud moritur, fide in fidei ſcopo*
*JESU ſuo vivens, beatus vivit, &*
*Amplectitur, fide quem amavit unicè!*
*Quo de Tibi & Tuis, BEATA gratulor!*

**Conſtantinus Ziegra / D.P.P.**

*QUid vita? quid? mœror, labor, carcer, dolor.*
*Quid orbitas Viri? miſerrimus ſtatus.*
*Matrona ſancta, ter beata facta nunc*
*Es morte. Vita vera ſempiternaque*
*Te jam tenet. Nolite flere mortuam!*

**Georg. Caſp. Kirchmajerus, P.P.**

*Magnorum*

MAgnorum genitrix, mater fœcunda, virorum,
Quæ meritò Phœbi laudibus eveheris,
Dum docta incendis meliori lumina mundo,
Lumina, quæ ætatis fama ſequentis erunt,
Membra ſecuturæ felix compone quieti,
Parte tui gaudens nunc meliore Deo.

facieb.
Theodorus Daſſovius,
P. P.

STRAUSIA, virtutum Exemplar, quos ſexus & ætas
Sanctè commendant, occubuit placidè:
Cujus Matronæ, dum vixit, ſplenduit usque,
Ante homines virtus, Spiritus ante DEum.
Illius aſt ſcandit nunc cœlica Spiritus aſtra;
Sed laus in terris famaque viva manet.

Johannes Carolus Nævius, D.

STRAUSSIA dum repetit cæleſtis culmen olympi;
Hæcce velim in tumulo ſaxea verba legi:
Exemplum ſècli parvâ hâc requieſcit in urnâ,
HANNÆ quod Viduæ ſvavis imago fuit.

M. B. Hildebrandt/ D.

QUi Chriſto vivit, ſumit quoque præmia Chriſti:
Vixiſti Chriſto, præmia ſancta vides.
Ergo DEo benedicta Polo jam vive deinceps!
Detque Deo nobis vivere ſancta Trias.

Jo. Caſpar Brendel/ D.

DUm Libitina ſuos intentat avarior ungues,
Et nauli repetit ſveta tributa Charon,
Non moreris Tantæ quia proſpera gloria Prolis
Dum ſupereſt Matrem Te facit eſſe ſuper.
Ipſa Tuam longo cumulabit tempore vitam
Æternum in vivis dignus habere locum.
Tu placidum mortis jam carpito feſſa ſoporem;
Non poterit vivis noxius eſſe ſopor.

Chriſtianus Vater/ D.

HAud Tibi terra placet, quæ pergis ad aſtra beata,
STRAUSSIA; nam terram terra caduca petit.
Aſt, quia cœleſtem mentem TIBI tradidit æther,
Rurſus das Domino, quod fuit ante, ſuum.

Andreas Barthius, L.

TEmpore qvæ cuncto verbis adhæſit JOVÆ
Mente piâ, ſincerâ ſpe, cum pectore fidò,
Et prece conſtanter placavit Numinis aures,
Quæque fidem factis decoravit ſemper honeſtis,
Deſpiciens terrena, altum jam ſcandit Olympum,
Ut ſanctæ capiat pietatis præmia larga,
Præmia qvæ nemo vidit neque auribus hauſit.
Interea nomen; laudes & STRAUSSIA virtus
Aſſidue in terris reſtabunt atque manebunt,
In natis famâ dum ſplendidiore coruſcant,
Perque dies cunctos permagno cum augmine creſcunt.
Hos commendatos habeas tibi, ſancte JEHOVA,
GENTE ab eorundem depellens triſtia qvæque.

Ita STRAUSSIORM Nomini obſervantiam
luctumque conteſtaturus ſcrib.

Michael Gottfried Ziegra/
Medic. Licent.

---

EXcedit vitâ muliebris gloria ſexûs
STRAUSSIA, qvæ fuerat pulchra corona domûs,
Sat lacrymis curisque dedit, ſat tempora vicit
Triſtia, nunc illi eſt certa parata qvies.
Gaudia pro fletu, pro curis otia blanda,
Pro mundo hoc cœpit ſplendida tecta poli.

Æterno honori Nobiliſſimæ Matronæ, piè
defunctæ, hæc fundebat

M. Chriſtianus Samuel Ziegra/
Colleg. Philoſ. Adjunctus.

---

NUlla *Qvies* terris, in muno turbida cuncta,
At viret in cœlis Sola & amica *Qvies*.
Qvâ dum jam frueris, MATRONA piiſsima, non eſt,
Cur tantis lacrymis Mors Tua mœſta Tuis:
Contigit ex voto Tibi Mors, Mortemque ſecuta eſt
Blanda *Qvies*, Qvâ de grator utràque Tibi!

M. Georgius David Ziegra/
Ord. Phil. Adjunctus.

---

DUm piè JESU meditor cruentos,
Sponte qvos inſons ſubiit, dolores;
STRAUSSIAM dicunt placidâ fuiſſe
Morte potitam.
Scilicet voti fuit ipſa compos
Facta, iam natu, bonitate Cœli,
Grandior, ſoli ſua fiſa JESU
Lumina clauſit.
Hancce Flos juvit GENERIS Perampli
Optimam MATREM, cui rariores
Sunt pares, qvam gens coluit *Nepotum*
Ac *Pronepotum*.

Qvis

Qvis valet ſummi hoc celebrare munus
NUMINIS? Fructus pietatis hic eſt.
Sic Domus floret benedicta! Semper
Floreat omnis!

Ceterùm Virtus manet inſepulta:
STRAUSSIAM neſcit violare livor.
Qvàm bene eſt illi, cui nulla deſit
Summa Salutis!

*Supremis BEATISSIMÆ MATRONÆ honoribus*
*& ſubmiſſiſſimæ in Nobiliſſimam FAMILIAM*
*obſervantiæ*
L.M.L. hâc Ode Sapphicâ dabat

M. Johann. Peißker/ P.L.Cæſ.
Lyc. Witteberg. Rector, & illuſtr. Societ.
Teuton. addictus.

---

SAnctis ergò juvat Manibus inſeri,
Qvæ ſervata Tibi, canitiem gravem,
Ingenti in pietate,
Magna STRAUSSIADUM Parens?
O MATRONA, Tua PROLE beatior,
Eccur explicita Stemmata deſeris
Claræ poſteritatis,
Vel tot læta Nepotibus.
Cupreſſum officii flebilis induit
Interpres mea charta, & lacrymas ſuas
Fundit Coſta fidelis
Suſceptrici adamabili.
Aſt qvòd mollicula eſt Cœlicolûm qvies,
Te vitæ & ſaties ceperat hactenus;
Optataque ſub umbrâ
Tempe æterna precabimur.
Vos, NATI, interea & progenies pia
Natorum Sobolis, degite tempora
Sanctæ Progenitricis,
Fata hinc ſeriùs abſtrahant!

*Memor. MATRONÆ ſingularis*
*exempli debeb.*

M. David Winter/
Schol. Witt. Con-R.

---

MATRONAM luget nulli pietate ſecundam
Jam Witteberga STRAUSSIAM.
MATREM NATORUM non unò nomine claram,
Qvos Fama fert ad ſidera.
Munere qvot diò licuit vidiſſe NEPOTES,
DOMUS & Amplitudinem!
Qvum ſatis huic mundo vixit, valedixit eidem,
Et eſſe cum JESU cupit.
Hanc igitur ſortem gratamur! Summus IOVA
Conſervet inclytum GENUS!

*conteſtandi doloris obſervantiæq; ergò f.*

Johannes Ulich/ Cantor
& Chori Muſici Director.

Wenn eine Wolcken=Nacht des Himmels = Zelt umbgiebet/
Und ſtarcker Wetter=Grimm den Erden=Ball betrübet/
So blickt in kurtzer Zeit mit ſeiner Strahlen Pracht
Das helle Sonnen=Aug/ ſo alles frölich macht.
Ob demnach ietzo gleich mit Traurigkeit umbgeben
Das Edle Strauſſen=Haus; So wird doch kürtzlich ſchweben
Daſſelb in Frölichkeit. Denn auff das bittre Leid
Pflegt ja des Himmels=Gunſt zu ſenden ſüſſe Freud.

Georg Heber/
h. t. reg. B.

---

Nun iſt des Lebens Ziel/ Wohl=Edle Frau erreichet/
Sie gehet Lebens=ſatt mit Freuden aus der Welt/
Warum? der blaſſe Tod auch ſelbſt dem Leben weichet.
So ſtirbt ein frommer Chriſt/ wenn GOtt es ſo gefällt.
Des iſt ſein Tod kein Tod; ein Chriſt ſoll ewig leben:
Der Leib kömmt zwar zur Ruh; allein die Seele leb't/
GOtt wird ſie dermahleinſt einander wieder geben/
Und führen in das Reich/ da nichts/ als Freude/ ſchwebt;
Wir ſehn mit Thränen nach/ weil wir mit ihr vermiſſen/
Was uns hier Ruhm erweckt und dort unſterblich macht.
Doch weil Sie wird hiedurch der Jammer=Welt entriſſen/
So gönnen wir ihr/ was GOtt hat ihr zugedacht.
Nun ſieht Sie/ welche ſind ihr ſeelig vorgegangen/
In ſchönſten Seelen=Schmuck vor ihren JEſu ſteh'n.
Wir bleiben noch zurück/ und wünſchen mit Verlangen/
Daß es auch uns/ wie ihr/ wenn GOtt will/ mög ergehn!
Hilff O HERR/
Daß wir auch mögen allzugleich
Bald in dein Reich
Kommen und bleiben ewiglich!

Aus Chriſtlich=mitleydent= und hertzlich wohlmeinenden Gemüth/ ſchrieb dieſes
Johann Lange/ B.
natus Anno 1601.

---

Sie iſt bey GOtt/ wohin Sie Ihr verlangen/
Die Seeligſte/ von langer Zeit geſpielt/
Ihr JEſus hat die theure Seel umbfangen/
Da keine Bangigkeit und Creutz Sie fühlt.
Kaum hatte Sie mit JEſu ſich vermählet/
Von Ihm mit Seelenſpeis und Tranck gelabt/

Als

Als JEſus Sie zur Himmelswohnung wehlet/
Und mit der frohen Ewigkeit begabt.
Sie folgte willigſt Ihrem Seelenhirten/
Und ſchiede freudig von der Jammerwelt.
Jtzt geht Sie unter grünen Himmels-Myrten/
Ob gleich Ihr Cörper in dem Grab zerfällt.
Nur iſt/ was ſterblich war an Ihr/ verſchienen/
Ihr Tugendruhm muß uns zum Beyſpiel dienen.

Zu wohlverdienten Ehren der wohlſeeligen Fr. Oberambt-
mannin fertigte es

Christian Röhrenſee/ P.P.

BEthörte Sterblichen! was iſts das Ihr betrauret/
Und die erblaſſten mit unzähl'gen Ach bedauret?
Da doch der ſieche Leib zum ſteten Leben zieht/
Die Seel' in Ruh geſetzt zum ſchönen Himmel flieht.
O angenehmer Tod! der du von allen böſen
Durch einen ſüſſen Schlaaff unß pflegeſt auffzulöſen.
Du Anfang ſüſſer Luſt/ du biſt der ſtille Port/
An dem das Elend ruht/ des rechten Lebens Pfort:
Du biſt die ſanffte Senfft' und leichte Himmel-Wagen/
Welcher die ſeel'ge Seel' in JEſus Schos thut tragen/
Tod iſt der Noth Beſchluß/ drümb fürchte niemand nicht
Den/ der die Sorgen-Pein/ Kummer und Jammer bricht.
Glücklich/ wer vor die Erd vertauſcht den Himmels-Garten!
Seelig/ wer täglich thut die Todes-Poſt erwarten!
Glückſeelig/ wer auffs Blut- und JEſus-Wunden ſtirbt!
Derſelbe ruhet wohl/ und nimmermehr verdirbt.
Er kan mit muntern Aug den ſchwartzen Tod anſehen/
Und mit behertzten Muth in ſein Grab freudig gehen/
Hält gleich der Sarg und Grufft die kalten Toden-Bein/
So grünen ſie doch ſchon unter dem Leichen-Stein/
Drumb ſey gegrüſſ't O Grab! du ſanfftes Blumen Bette/
Darinn man ſchläfft zur Seit den Sein'gen umb die Wette/
Du ſchönſtes Schlaff-Gemach/ da man in Kühlen ruht/
Und in der kühlen Grufft abkühlt des Creutzes-Glut/
Du liebſtes Liebes-Zelt! darinn die Frommen raſten/
Verwahr't mit Engel-Wach/ befreyt von allen Laſten/
Biß ſie am groſſen Tag aus ihrer Aſchen gehn/
Und auff Poſaunen-Hall unter den Heil'gen ſtehn.
Betrübte/ nehmt diß an: ſeht nicht/ was blas hier lieget/
Schaut in das Engel-Haus/ wo die Seel leb't vergnüget/
Stöhrt Sie mit Thränen nicht/ daß Sie in ſtiller Ruh
Sanfft ſchlaffe/ gehet hin/ deckt Sie mit Erden zu.

C. Warlitz/ D.

JEtzt da der frohe Geiſt mit Blumen ſich ergötzet/
Und ſeinen Zeitvertreib bey grünen Palmen hält/
Suchſt du/ O Seeligſte/ im güldnen Himmels Zelt
Der ſchönſten Palmen Art/ die dir kein Sturm verletzet/
Und ſprichſt: betrogne Welt/ du feyrſt die Palmen-Zeit
Nur einen Augenblick/ und ich in Ewigkeit.

P. G. Sperling. D.

---

Im Nahmen Jeſu Chriſti!

WEr Chriſtlich hier gelebt/ auch ſanfft und ſeelig ſtirbet/
Und ob er gleich auch ſtirbt/ doch gäntzlich nicht verdirbet;
Mein Leib ruht in der Erd/ die Seel in GOttes Hand/
Und iſt von aller Quaal befreit und abgewand.
Diß hat die Seelige Frau Strauſſin auch erlanget/
Die für des Lammes Stuhl in weiſſen Kleide pranget/
Weil Ihren Lebens-Lauff Sie Chriſtlich hat vollend/
Darumb Ihr GOtt auch gab ein ſanfft und ſeelig End.

Welches der wohlſeeligen Frauen zu Ruhm/ und der ſämptlichen fürnehmen Freundſchafft zum Troſt hiermit öffentlich bezeuget

M. Johannes Fabricius,
bey der Pfarrkirchen allhier
Archidiaconus.

---

SO muß die WERTHE FRAU den Lebens-Lauff beſchliſſen/
Und nehmen Ihren Sitz in GOttes Wohnung ein/
Diß Welt-Haus will nicht mehr die falſche Luſt verſüſſen/
Drumb muß ein beſſeres ietzt Ihr Vergnügen ſeyn.
Wohl der die Ihre Jahr ſo kan zu Ende bringen/
Daß wenn der Leib gleich ſtirbt/ der Ruhm doch übrig iſt/
Daß Ihre Tugenden kein Laſter konte zwingen/
Und wie Sie ſich nur ſtets zum Abſchied ausgerüſt.
Die ruhet auch alsdenn vergnügt in GOttes Händen/
Die Seele ſchmecket nichts als ſchöne Engel-Luſt/
Es muß kein Kummer Geiſt/ kein Leid ſich zu Ihr wenden/
In Summa Ihr iſt nichts als Himmels-Freud bewuſt.

Dieſes ſetzte der Seel. Frau aus gebührender Schuldigkeit/ und letzten Ehren-Dienſt auff

Hans Sauereſſig/ E. E. Raths Senior
und anietzo regierender Stadtrichter.

Grab-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-538086-p0012-0

## Grabſchrifft.

Tritt nun heran du Jammer-Welt/
Und lerne dich hier ſelbſt erkennen/
So wirſtu dich den Schauplatz nennen/
Wo Tod und Leben fürgeſtellt;
Wohl dir/ wenn du den Todt verachteſt/
Bey Zeiten nach dem Leben trachteſt/
Das dich den Engeln zugeſellt:
Mich brachten zwar die ſpäten Jahre
Nicht zeitig auff die Todten-Bahre/
Doch bald zum güldnen Sternen-Zelt/
Da ich/ mit allen Cherubinen/
Kan ewig meinen JEſu dienen;
Drüm laß' ich dich du Jammer-Welt.

Zu letzten Ehren der wohlſeel. Frau
Ober-Ambtmannin ſchriebs
Gottfriedt Nicolai,
Raths-Cämmerer und Apo-
thecker.

---

EIn Baum erſtirbt mit gröſſerem Vergnügen/
Wenn ſich umb ſeine todte Rinden
Noch hocherwachſne Zweige finden/
Und die ſchon zur Vollkommenheit geſtiegen;
Bey deren guter Arth
Der vielbetrübte Garten-Mann
Des edlen Stammes noch gedencken kan/
Hochſeelige Matrone/
Mit was vor Luſt hat Sie dem Leben
Die letzte gute Nacht gegeben/
Sie überläſſt den wohlgerathnen Saamen
Den Edlen Strauſſen Nahmen:
Vier Söhne ſtehn in Ihrer Purpur-Crone/
So die gelehrte Welt
Vor Ihre Perlen hält/
Und die ſich ſchon durch Ruhm zu jenen Sternen
Von dieſer Welt entfernen.
O Hochbeglückter Stam/ ſo ſtirbſt und ruhſt du wohl/
Weil deine theure Frucht nun ewig leben ſoll.

Dieſes ſchrieb zu Bezeugung ſeines
ſchuldigen Mitleidens
Johann. Wehſe/ des Churfürſtl.
Sächſ. geiſtl. Conſiſtorii Advocatus Ordi-
narius und Raths-Verwandter in
Wittenberg.

WEr Uberdruß genug in dieſer Welt erlebet:
Dem kan die Sterbens-Poſt kein Unglücks-Bothe ſeyn.
Wer bey iedwedem Tritt in Furcht und Hoffnung ſchwebet:
Der ſchauet freudig an den ſtillen Leichen-Stein.
Es hat die Seeligſte gedruckt die Lebens-Bürde:
Sie ſeuffzte: Wäre doch die Ruhe-Stunde dar!
Das Sie von dieſer Laſt des Lebens ledig würde/
Es iſt erfolgt/ Sie liegt auff ihrer Todten-Baar.

M. Si. Frieder. Wolſſhardt/
der Philoſ. Fac. Adjunct.

---

VItam *Matronæ* cum vellet frangere *Morta*,
Ad caput aſſiſtens hos dedit ire ſonos:
Corpore Te ſalvam: *Tua ſed bona Fama manebit:*
Hujus enim potui juris habere nihil.

Als Mors der SELJGEN abnehmen wolt ihr Leben/
Hat vor Ihr ſtehende Sie dieſe Wort gegeben:
Jch nehme dir den Leib: nicht aber deinen Ruhm:
Der gehet mich nichts an: Er bleibt dein Eigenthumb.

Der Seel. verſtorbenen Matronen zum letzten
Ehren ſetzte dieſes hinzu
Samuel Donner/ Mit-Weida Miſnicus.

---

WJe? Sol den immer ietzt die Todten-Glocke ſchlagen
Verſetzt der Him̃el den̄ erzürnet Streich auf Streich/
Sol unſre Schulter ſtets geſchwärtzten Boy nur tragen/
Und wird die Frühlings-Pracht dem ſchwartzen Winter gleich?
Ach! daß die Feder ietzt von nichts als Weh muß ſchreiben.
Daß ein geehrtes Haus nur kurtz befallen hat/
Jch dachte dieſer Stamm ſolt' unberühret bleiben/
Und ſiehe noch iſt nicht der Todt von Würgen ſatt.
Darüber muß ein Ach durch meine Lippen dringen/
Jch klage dieſen Fall und dieſen Trauer-Blick;
Jetzt ſeh' ich lauter Angſt ſich umb die Pfeiler ſchwingen/
Die noch vor kurtzer Zeit bekräntzte ſchönes Glück.
Der Purpur-rothe Sammt hat ſich in Flor verkehret/
Ein güldner Sonnenſchein in einen Donnerſchlag;
Wer bebt nicht wenn der Blitz den hohen Aſt verſehret/
Den ſonſten Menſchen-Hand nicht leicht verletzen mag.
Daß edle Straußen Haus ſieht ſeine Krone fallen
Der ſich kein Diamant und theurer Jaſpis gleicht/
Denn hohe Tugend hat den höchſten Ruhm für allen/
Ob gleich der werthe Geiſt in frembde Länder weicht/
Die Tugend / welche ſonſt die Seelige beſeſſen/
Stellt ſich zum Muſter für dem zärterem Geſchlecht:
Jſt Plotiana ſonſt bißher noch nicht vergeſſen/
So bleibt der Seeligen Ihr Ruhm auch ungeſchwächt.

Hiermit wolte ſchuldigſt condoliren
Gottfried Kirmeßer/ N.P.C.& Jur.Stud.

(o)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-538086-p0014-1

Ung. VI 2

[= Occasionalia Vol. 3
= Funeralia S – Z]

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-538086-p0015-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-538086-p0016-2

In beatum obitum
*Matronæ Nobiliſſimæ ac Pientiſſimæ*
# DN. ANNÆ MARIÆ natu SCHNEIDERIÆ,
VIRI
*Nobiliſſimi, Ampliſſimi ac Conſultiſſimi,*
**DN. BENEDICTI STRAUSSII,**
Duorum Potentiſſimorum Electorum SAXONIÆ &c.
in Satrapiæ Wittebergenſi Præfecti Superioris
longè ac optimè meriti p.m. relictæ
Viduæ,
*d. 20. Martii placidè defunctæ,*
& Feſto Nominali, Annunc. S. Mariæ
Virgin. Deip. d. 25. *dict. Menſ.*
Anno cIↃ IↃc XXCVI.
honorificè tumulatæ,
à
Fautoribus & Amicis
miſſa
**CHARMATA LUGUBRIA.**

WITTEBERGÆ,
Literis SCHULTZIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-538086-p0017-7